

## DEDICATORIA

tate atq; vbertate orationis, qua antehac nemo enarravit vnquā: & etiamnū in ceterarum partium inquisitione capis labores omnium maximos, nihil omnino reliqui faciens, vt metam semel propositam industria consequaris, & quam de tuis conatibus expectationem multis concitasti, eam non ad quas solū, sed etiam longē superas. Quare cum in his tuis lucubrationibus nunc quotidie verfer cupidiūs, & quæ præstiteris, quas res molaris, toti posteritati salutares, expendam: equidem non possum non & ingenij: ui vim, & corporis firmitatē inter labores indefessos satis mirari, adeò vt te non duce solum natura, sed diuinitus excitari, ad multarū rerū patefactio nem, atq; illustrationē, quæ haclenus magna ex parte obscur& ignot&q; fuerunt, ad credendum inducar. quarum veleius partis natur& inquisitio, quād erit illustris & grata posteritati, quam de subterraneis corporibus suscepisti. Non enim contentus animū in cœlum solum, atq; huic subiecta corpora efferre, intima quoque terr& viscera scrutaris solertiūs: quæ tanta fossilium copia, varietate, efficac-